



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vitae Sanctorvm

Lippeloo, Zacharias

Coloniae Agrippinæ, 1604

Vita S. Cyrilli Episcopi Hierosolymitani, ex ea quæ est per D. Iohannem Grodecimum, Decanum Glogouiensem, ex Ecclesiasticæ historiæ scriptoribus collecta. Qui temporibus Constantij Imp. ab Arianis ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-42667

adem con-
uertit.
Vixit (teste
Gen. & Si-
geb. in Chro-
nico) 122.
annis.

perfidia pertinaces conuicit, totamque illam re-
gionem, doctrina & miraculis clarus, ad Christū
adiunxit: actandem plenus dierum atque bono-
rum operum ē corporis ergastulo ad cælos mi-
grauit.

VITA S. CYRILLI EPISCOPI HIERO-

Vide Cas.
Baro. Tom.
4. Annal.

solymitani, ex ea qua est per D. Iohannem Grodec-
um, Decanum Glogouiensem, ex Ecclesiastica histo-
ria scriptoribus collecta. Qui temporibus Constantij
Imp. ab Arianis sæpè pulsus, ac sæpè in sedem re-
ceptus, ad extremum, sub Theodosio Imp. se-
niore 8. Annis, inconcussus Episcopatum
tenuit. Quieuit verò in pace Anno Do-
mini 386. Siricij Pap. 2. Valentini.
11. Theodosij. 8. Imp.

13. Martij.

Cyrillus
prophetia
spiritu præ-
ditus.
Daniel. 9.
Matthæi 24.
Luca 19.

Cyrillus Hierosolymitanus inter veteris
Ecclesiæ patres clarissimus Antistes, non
modò virtutibus vero Episcopo dignis
præditus, verum etiã dono prophetiæ admodū
clarus fuit. Nam cū Iulianus Imperator, tem-
plum Iudæis Hierosolymis instaurare iussisset, &
sumptus ad hoc de publico ministrasset, Cyrillus
vaticinij Danielis Prophetæ memor, quod &
Christi testimonio confirmatum erat, lapidem in
eo templo super lapidem non mansurum; Hoc,
inquit, Saluatoris oraculum adimplebitur. Quod
cum dixisset Episcopus, noctu ingenti & horribili
terræ fragore, fundamenta veteris templi euulsa
sunt, ac lapides vnà cum ædibus contiguis disper-
sit. Ad quod sanè spectaculum, cum multi Iudæo-
rum mane factò conuenissent, ignis de celo ela-
psus, cuncta artificum instrumenta consumpsit.
Sequenti verò nocte signa crucis, instar radij sola-
ris

Signa crucis
inhærent

ris splendentia, vestibus illorum ita impressa hæserunt, ut nulla arte deleri possent. Hæc adeo stupenda prodigia, vnum illud Cyrilli verbum, diuino & prophetico spiritu prolatum, consequuta sunt.

Neque verò his tantum in terra prodigijs prædicationem eius confirmare, verum etiam in cælo maiori miraculo Episcopatum illius Deus illustrare dignatus est. Nam illo præside sacrorum Hierosolymis, signum crucis in cælo fulgidum super sacrum montem Caluariz diebus Pentecostes, hora ferè diei tertia, apparuit, solisque radi

os suo splendore longè præcelluit, ita ut lucis illius excellentia; vniversus populus Hierosolymitanus concitatus, maxima cum admiratione signum illud filij hominis aliquamdiu spectauerit. Nam & magnitudine crux illa fuit tanta, ut quindecim stadia excederet, ab ipsoq; sacro Golgotha ad montem vsque Oliueti protenderetur; & luce tanta, ut non modo Christiani omnes istuc illustratos sese confirmatosque sentirent, verum etiam Iudæi ac gentiles aduenæ ab erroribus tenebrarum auersi, illuminarentur; & crucifixum

verum esse Deum profiterentur. Quemadmodum ipse Cyrillus præclare in epistola sua, de eodem admirando signo, ad Constantium Imperatorem Nicephor. lib. 9. cap. 22. histor.

verum esse Deum profiterentur. Quemadmodum ipse Cyrillus præclare in epistola sua, de eodem admirando signo, ad Constantium Imperatorem Nicephor. lib. 9. cap. 22. histor. ita sanè tum coruscabat Hierosolymis verbum Dei multò amplius, quam hisce nostris postremis temporibus apud nos, non modò prædicatione Cyrilli, verum etiam virtute Dei, sequentibus tam admirandis signis.

Successit autem Cyrillus beato Maximo, qui ut maximus fidei Catholicæ defensor fuit: ita & Cyrillus, alacris & promptus doctrinæ Apostolicæ propugnator extitit. Qua de causa maximas ab

Cyrillus se-
de sua pelli-
tur.

Arianis persecutiones passus est. Nam cum animaduertissent illum vehementer hæresibus obstare, & Apostolica dogmata adeò strenuè tueri, congestis quibusdam calumnijs, in quodam conciliabulo suo accusare illum, & deinceps (ita ut alios permultos Catholicos Episcopos) more suo sacris functionibus priuare non dubitarent, idque ex negotio pietatis illius erga egenos quæsito prætextu. Cæterùm Episcopi Catholici isò. qui non ita multò post Seleuciam ad Synodum conuenerant, depositionem illam ratam non habentes, primarium illius aduersarium & auctorem depositionis Acacium, dignitate priuauerunt, & ab illa Synodo excluderunt, Cyrillum verò honorificè susceperunt, & calumniatores ad crimen, si quod haberent, probandum inuitarunt. Sed nemo qui crimen quod in eum summa iniquitate congestum fuerat probaret, adfuit. Ex his sanè patet quanta fuerit Cyrilli integritas, quem nè accusare quidem coràm legitimis iudicibus aduersarij veritatis audebant: sed tantùm apud suos sectarios; quorum adeò tum creuerat potentia & audacia, cum intelligerent Imperatorem suarum esse partium, ut ipsi nihilominus quos semel iniquè dignitate exuerant, iniquius vi & armis de suis sedibus exturbarent, aliosque pro suo arbitrio substituerent. Quemadmodum huic nostro accidit Cyrillo, quo de sede Hierosolymitana deiecto, Heraclius est illi substitutus, atque huic rursus successit Hilarius. Isti namque usque ad Theodosij imperiũ eam ecclesiam administrasse traditi sunt. Post quos D. Cyrillus sedem suam recuperauit. Quomodo autem is denuò ad sedem suã venerit, & quo pacto in ea sese gesserit, ex literis Synodi Constantinopolitanæ, quæ Nectario præ-

Cyrilli inte-
gritas.

de

fide sub Theodosio celebrata est, ad Damasum, Ambrosiū, & reliquos Episcopos Romæ coactos, videre est; cum Ecclesia, quæ aliarum omnium mater est, Hierosolymis, Reuerendissimum & Deo amatissimum Cyrillum, Episcopum esse scimus, ritè iam dudum à provincialibus episcopis electum; qui sanè diuersis in locis plurimum aduersus Arianos decertauit.

Præclarum
testimoniū
Synodi Cō-
stantinopo-
litane de
Cyrillo.

Epiphanius quoque huius Cyrilli meminit, quod præter Acacium Arianum, cum alijs quoque illius sectæ Episcopis contendere religionis ergò non dubitauit. Et Hieronymus de illo scribit in Catalogo scriptorum Ecclesiæ. Cyrillus Hierosolymæ Episcopus sepe pulsus ecclesia, & receptus ad extremum sub Theodosio principe, octo annis inconcussus episcopatum tenuit. Itaque ex his & permultis ecclesiasticorum scriptorum testimonijs, certum est Cyrillum fortissimū Christi athletam, & orthodoxæ fidei assertorem constantissimum, multis annis pro veritate fidei decertasse, persecutiones varias pertulisse, atque hoc bonum certamen certasse à primis ferè annis Constantij Imperatoris, usque ad cōplures annos Theodosij; cursum autè suum tùm demum cōsummasse, cum Theodosius deuictō Maximo tyranno, qui Romanum Imperium in occidente inuaserat, rebus Romanis rectè cōstitutis, Constantinopolim reuersus, filios suos Arsenio erudiendos traderet; vt scribit Nicephorus.

Lib. 1. to. 1.
Hæref. 71.

Lib. 12. c. 24

Quam præclaram autem & sanctā sui memoriam apud posteros etiam reliquerit Cyrillus, tùm scripta illius quæ extant, tùm orientalis ecclesiæ facti, in quibus preces anniuersariæ & cōmemorationes Sanctorum descriptæ sunt, abundè testantur. Nam vt aliorum Patrum, qui in

Festum S. Cyrilli apud Græcos.

sanctorum cœtu clariores habentur, ita huius quoque Cyrilli Hierosolymitani die 18. Martij in Ecclesijs Græcis, sancta celebratur memoria, ac scriptis quoque illius, apud Græcos nomen sancti Patris præfixum, ubique reperitur.

Vide Casar. Baro. in not. marty. R. 5.

VITA S. EDVARDI REGIS ET MARTYRIUM, ex eo quod est per V. P. L. Surium. Nectatus est, Anno à Christo Domino 984.

Cum regnasset annos 4.

18. Martij.

Parentes S. Eduardi.

Inclytus Rex Eduardus generis nobilitate imprimis illustris, ab antiquis Britanniz regibus originem ducens; Patrem habuit Edgarum regem, rebus & bello & pace gestis, valde insignem; matrem verò Elfredam, præpotentis cuiusdam orientaliū Anglorum Ducis filiam. Et quidem Edgarus postquam hostes suos bello domasset, & plurima terræ eius loca suo subdidisset imperio, cœpit animum ad omnia pietatis officia adijcere, & plurima monasteria partim à fundamētis erigere, partim bellorum ruinis oppressa, ad pristinum splendorem reuocare. Et ipse quidem pius Rex monachorum cœnobiaz subindē inuisere, fratresque consolari solebat. Regina verò idē pietatis officium, virginibus Deo sacratis exhibebat. Habebat autem ex altera coniuge filium Ethelredum. Interim Eduardus natu maior, optimę indolis puer, ætatem moribus transcendebat, & mirificum quoddam virtutis specimen de se præbebat. Porro cum alijs virtutibus, tum industria & summa prudentiæ opinione valdē conspicuus erat. Hæc omnia patrem commonebant, ut ei suam post mortem, regni totius gubernacula traderet.

Obserua hic piū regum istorum studium.

Eduardus Indutrius.

Consecratur Rex.

Patre defuncto, regio diademate, à S. Dunstano & qui.